

mulgavit die 6. Novembris 1694. Incipien. Speculatores domus Israel; relatum a Pignatello tom. 10. consilio 13. & impressam post mea Erotemata in 2. Editione, in qua enarratis supradictis abusibus, ad eos penitus tollendos decrevit:

1. Quod nulli Episcopo liceat, seu cuiusvis loci Ordinatio, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, exterum non sibi subditum ad Clericalem Tonfuram promovere sub pretextu cuiusvis beneficii Ecclesiastici, eiusdemque beneficii, etiam si presentatus, vel à Patronis ad illud nominatus fuerit; aut beneficium ea lege fundatum esset, ut quis immediatè post Tonfuram in eo institueretur.

2. Quod qui promotus fuit à suo Episcopo ad primam Tonfuram, seu minores Ordines, non possit ad superiores promoveri ab alio Episcopo ratione beneficii in ejus Diocesi obtenti, nisi obtineat Testimoniales Litteras ab Episcopo suæ originis, ac domicili, easque exhibeat Episcopo, à quo intendit Ordinari.

3. Quod nemo evadat subditus alterius Episcopi ratione beneficii obtenti in ejus Diocesi, nisi beneficium sufficiat ad ejus sustentationem, detractis oneribus, & pacificè possideatur: sublata facultate cuique supplendi quod deficeret fructibus hujusmodi beneficii cum adjectione Patrimonii etiam pinguis.

4. Quod si sit subditus ratione originis, qui natus est in ea Diocesi non ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturæ, vel cuiusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco. Quo casu hæc fortuita natiuitas minime erit attendenda; sed vera tantum Patris origo.

5. Quod si quis tanto tempore steterit in loco, in quo ex accidenti natus est, ut poterit ibi aliquo Canonico impedimento irerit, etiam ab ejus loci Episcopo teneatur Litteras Dimissorias obtinere, & eas Episcopo Ordinanti prius presentare.

6. Quod si pater in illo alieno loco, ubi ejus filius natus est, domicilium constituerit, tunc pro Ordinatione ejusdem filii attendatur locus illiusmet domicili; non autem originis paternæ.

7. Quod domicilium intelligatur constitutum, si per decennium in illo loco habitaverit, vel majorem partem bonorum ibi deferendo, per aliquod considerabile tempus ibi steterit cum animo verè ibi permanendi, quod iurejurando teneatur affirmare.

8. Quod qui adultus discedit à Diocesi suæ originis, & vadit alibi ad inhabitandum, teneatur, obtinere dimissorias, & consensum Episcopi suæ originis antequam ab Episcopo loci, in quo habitat, ordinetur.

9. Quod nullus Episcopus ordinare præsumat alienæ Diocesis subiectum familiarem suum, nisi habeat testimoniales Episcopi suæ originis, vel domicili, & nisi per triennium secum steterit juxta Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 9. de reform. & cum suis sumptibus aluerit, ac beneficium ad vitam sustentandam sufficiens verè ei contulerit, vel saltem intra mensem à die Ordinationis conferat, de quibus omnibus in Litteris dimissorias Ordinum mentionem teneatur facere.

10. Quod quilibet Episcopus subditos suos ratione originis, vel domicili ab aliis Episcopis, etiam de suo consensu ordinatos, examinare possit, & inquirere, an hujus Constitutionis forma fuerit plenè observata, aliàs eos à divinis valeat suspendere.

11. Quod hæc Constitutio absolute ab omnibus observetur, itaut si ei contrarium in aliqua parte fuerit, Ordinans sit suspensus à collatione Ordinum per annum; Ordinari verò ab executione Ordinum ad arbitrium suorum Ordinariorum.

12. Quod hæc omnia, & singula semper, & in perpetuum à quocumque debeat servari, præcepit, de-

crevit, ac injunxit; cum clausula sublata &c. & cum Decreto irritanti, &c.

Supradictæ Constitutionis Innocentianæ de Anno 1694. iste est sensus, ac tenor compendiosè relatus pro iudicium, & etiam Episcoporum facilliori intelligentia, ut possint deprehendere ex Lectura integræ ejusdem Constitutionis, quam in fine harum Decisionum imprimi curabo, quod per eam radicitus evulsæ sunt innumeræ propriè fraudes, quæ à Clericis rudibus, aut vitiosis committebantur in suscipienda prima Tonfura, aliisve Ordinibus minoribus, & sacris à non suo Episcopo, & in proprii Ordinarii injuriam, ac contemptum sub fictis pretextibus originis, domicili, beneficii obtenti, vel obtinendi, etiam si tenuis, & cum adjectione Patrimonii, vel etiam, fraudolenta familiaritate, de quibus omnibus, Theologi, ac Canonici impleverant tot papyrus, foventes, ut plurimum, istorum ignorantiam, ac vitiosorum Ordinandorum malitias, ut videre est in Diana Coordinato de Sacramento Ordinis in d. tom. 2. tract. 5. à resol. 31. usque ad resol. 70. in quibus disputat de supradictis omnibus pretextibus, & casibus, concludens, ad plurimum, contra proprium Episcopum, & verum Superiorem fugitivi (ut ita dicam) Ordinandi; quapropter in præserti inutiles remanent supradictæ quadraginta resolutiones, tamquam expunctæ per eandem novissimam Innocentianam Constitutionem, à qua oportunitate sanè antidotum repertum est huic pernicioso morbo, per totam ferè Italiam diffuso; contra quem in hac Diocesi Patavina, antequam eadem Sanctissima Constitutio ederetur, magnoperè mihi insudandum fuit.

DECISIO XIII.

ARGUMENTUM.

Quæstio illa proponitur, & examinatur, Utrum SS. Angeli, ac Animæ beatæ possint ministrare Sacramenta, ac pròinde primam Tonfuram, & Ordines conferre? Præmittuntur septem symbolicitates Angelorum cum Sacerdotibus, & septem genera rerum, quas illi custodiunt. Fiunt argumenta pro utraque opinione propositæ Quæstionis. Eadem sub distinctione resolvitur, & pluribus Historiis Sacris exornatur.

SUMMARIUM.

- 1 Angeli an possint esse Ministri Sacramentorum.
- 2 Angelorum, ac Sacerdotum symbolicitas, & convenientia.
- 3 Angeli ad septem custodienda deputantur. Et quæ?
- 4 Laurentiana Domus quando ab Angelis transportata?
- 5 Sacellum cum Imagine Deiparæ alibi ab Angelis delatum.
- 6 Angeli elevant de terra Cereum ardentem, ne Vestes Episcopi incendat.
- 7 Angeli adstant Sacerdoti celebranti.
- 8 Angelicus custodiam Civitatis, & Exercitus.
- 9 Navibus cur imponatur nomen Sanctorum?
- 10 Monasteria ab Angelis custodiuntur.
- 11 Angeli conferre Ordines non possunt. Contrarium num. 19.
- 12 Hominibus data est à Christo potestas Sacramentorum.
- 13 Sensibilia formant Sacramentum.
- 14 Angeli non loquuntur humano modo. Et cur?
- 15 Angelorum zelus pro salute hominum.
- 16 Ordines minores à non Presbyteris dari non possunt.
- 17 Censuras Angeli fulminare non possunt.

18 Lutheri error circa Ministros Sacramentorum.

19 Deus potest facere Angelos Ministros Sacramentorum.

20 Locutio Angelorum cum hominibus multiplex. Et quæ?

21 Eucharistia per Angelos data pluribus.

22 Extrema Unctio data ab Angelis, ac sepultura.

23 Michael Archangelus consecravit Ecclesiam in Monte Gargano.

24 S. Amphileobius Ordinatus ab Angelis.

25 Angeli non sunt Ministri ordinarii Sacramentorum, sed possunt ex speciali Dei commissione delegari.

26 Argumentorum resolutio quod Angeli non possunt ministrare Sacramenta.

27 Anima Beatæ Sacramenta valeant ministrare?

28 S. Philemon M. baptizatus à Christo.

29 S. Caubarina Senensis Virgo à Christo communicata.

30 Sacellum Deiparæ consecratum à Christo.

31 S. Petrus Apostolus Anno 610. consecrat Ecclesiam Londini.

32 S. Thome Apostoli annua apparitio, & Eucharistia distributio.

Secundum genus Ministrorum, à quibus conferri possunt prima Tonfura, & quatuor minores Ordines, concernit Angelos, ac Beatos in Cælo existentes; undè in presenti examine oportet Quæsitum, jam Clero nostro decidendum, tempore harum Exercitationum Sacramentalium demandatum, Utrum Angeli, ac Beati possint esse Ministri, & Colatores Ordinum, ipsiusque primæ Tonfuræ? Pro majori intelligentia dicendorum studiosiores præmiserunt duo.

Unum est, inter Angelos, ac Sacerdotes magnam esse symbolicitatem, ac convenientiam præcipue ob septem rationes. Primò, quia Angelus interpretatur Nuncius. ut ait Sanctus Hieronymus super Malachiam Prophetam; Sacerdos pariter est Dei Nuncius, ac Legatus, quia, ut scribit S. Joann. Chrysostomus, sicut Legatus non aliud, quam Principis se legantis voluntatem annunciat, eique nihil addere aut demere potest; ita & Sacerdos Dei voluntatem, nihil addendo, aut demendo debet annunciare. Homil. 2. in Epist. ad Rom. Secundò, quia sicut Angeli, ita Sacerdotes ministrant Deo, juxta illud Tertulliani Libr. contra Judeos cap. 9. Deus eos vocare consuevit Angelos, quos virtutis suæ Ministros præfexit. Tertiò, quia sicut Angeli jugiter assistant Deo, in eum intentam habent aciem mentis, ei jubulant, & psallunt Sanctus, Sanctus &c. Ita Sacerdotes debent jugiter orare, ac psallere prout in Psalm. 137. Vers. 2. In conspectu Angelorum psallam tibi. Quarto, quia Sacerdotes imitari debent Angelorum veritatem, sinceritatem, castitatem, puritatem, virtutem, & zelum, ut latè differit Isidorus Pelusiorum lib. 1. Epistol. 319. Quintò, quia Sacerdotes recipiunt potestatem suprahumanam in consecratione. Sextò, quia sicut Angelorum tria sunt munia, scilicet, purgare, illuminare, & perficere, ut ait S. Dionysius Areopagita in cælesti Hierarchia; ita Sacerdotes erga populum eadem munia exercere debent, teste S. Ambrosio in Libr. de invidians cap. 2. ita scribente: Sacerdos est Angelus, qui regnum Christi, & vitam æternam annunciat, non specis tibi estimandus, sed nutrire. Septimò, quia sicut Angelorum, ita Sacerdotum est perseverare in Sanctificatione, & Sanctitate, qui enim, ut dicit S. Basilus in Hom. de Spiritu Sancto, in ea non perseveraverunt, facti sunt Demones, ita Sacerdotes necessaria est perseverantia in eorum opere, & officio.

Alterum præmissum est, quod Angeli deputantur à Deo ad septem gubernia, custodias, & præsiden-

tias, videlicet, Elementorum, Provinciarum, Templorum, Altarium, Civitatum, Exercituum, & Monasteriorum. Primò Angeli præsidunt quatuor Elementis, hinc ait S. Joannes in Apoc. cap. 14. cap. 16. & cap. 17. quod Angelus exivit, qui habebat potestatem super ignem. Et iterum: Auditis Angelos coarctantes ventos. Secundò, Angeli deputantur præsidentes Provinciarum, idcirco legitur in Daniele cap. 10. Princeps regni Persarum restitit mihi, hoc est Angelus Persiæ, & ibi etiam fit mentio de Angelo Græcorum. Et cum Jacob dixisset Gen. 32. Castra Dei sunt hæc, docent Tostatus, & Lyranus, eum locutum esse de Angelis Custodibus Regionum Syriæ, & Chanaan, qui ibidem se ostendunt ei, ne periculum aliquod incurreret in Terra, cui præsidebant. Tertiò Angeli præsidunt Templis: & hoc est, quod narrat Josephus Hebræus lib. 6. de Bello Judaico. cap. 31. Spondan. ad Ann. 34. num. 38. & alii, priusquam scilicet Jerusalem à Tito Vespasiano subvertretur, auditas fuisse voces Angelorum, qui ad Templi custodiam adhibiti erant, clamantium, & dicentium: Migremus hinc. Sanctam domum Beatissimæ Virginis MARIE Matris Dei Anno 1291. mirabiliter ab Angelis asportatam fuisse à Galilæa in Dalmatiam; & inde Anno 1294. advectam in Picenum, in locum Lauretum appellatum, nemo est, qui ignoret. Sacellum quoque in quo depicta erat Imago ejusdem Gloriosissimæ Deiparæ, in Territorio Afciani prope Senam; propter agrum, in quo constructum erat, cum duo fratres se ad duellum provocassent, à fundamentis evulsam Angelorum ministerio ad collem vulgò di Versighe prope pagum Montis S. Savini in Tuscia fuit translata, ut legitur in Chronic. Montis S. Savini lib. 1. Dum S. Fulcranus Episcopus Lodovensis Basilicam in Arvernia dedicaret, & in suo Subbellio Pontificalibus indutus sederet, Clero Gradualia Missæ canente, Cereus ardens de pariete contiguo cecidit super ejusdem S. Episcopi indumento serico, & tandiù mansit, ut damnoa combustio fieri potuisset, ministris non advertentibus, quem postea cum confexissent & accurrerent ad eum tollendum, per manus Sanctorum Angelorum, mirantibus omnibus Cereus ille ardens ad suum locum fuit restitutus, ut notat Bollandus in Actis SS. Februaris tom. 2. Quarto SS. Angeli Altaria custodiunt; idè in Prato Spirituali lib. 4. legitur, quemdam Eremitam vidisse penes Altare, quod Prælati consecraverat, cælestem Angelum, qui rogatus respondit, post Consecrationem custodiæ suæ fuisse deputatum. Consimilem visionem in alio Altari habuit Abbas Leontius. Hanc ob causam Sacerdos celebrans post elevationem Calicis orat dicens: Suppliciter Te rogamus Omnipotens Deus, jubet hæc perserri per manus sancti Angelus tui in sublime Altare tuum in conspectu Divine Majestatis tue &c. scilicet Sancti Angeli Custodis illius Altaris; in quibus verbis in Monasterio Sabinensi, tempore Serionis Abbatis, vidit Religiosus celebrans circa Altare plures Angelos, quorum unus cæteris altior Sacram Hostiam Deo visibiliter offerebat, ut narrat Marchantius in Horto Pastorum lib. 1. tract. 2. liti. 5. propos. 3. Vers. 4. Quintò, omnes Civitates habent suos speciales Angelos, à quo custodiuntur, de quibus, (advertente Tostato super Isa. cap. 62.) scriptum est, Super muros tuos Jerusalem constitui custodes &c. & notante Spondano ad Annum 400. num. 8. Angeli Custodes Urbis Constantinopolianæ servarunt eam ab incendio Gainæ Gothi. Sextò, quod autem Sancti Angeli sint Exercituum Tutores legitur in lib. 2. Machab. cap. 11. & quod ab eis adjunctus fuit Gallicanus Dux pugnant contra Scythas. Spondan. ad Ann. 330. n. 11. prout etiam Ardaburius pro Theodosio Juniore Imperatore contra Perlas Anno 420. num. 3. Hinc Emanuel Portugalliæ Rex nomen Ga-



brili Archangeli imposuit primariæ Navi, quæ ad Indias novum subactura orbem destinabatur, ut milites sub protectione illius Beatissimi Spiritus progredierentur, qui primus inveterati mundi renovationem in Angelica Salutatione Deiparæ nunciaverat. Marchant. d. *propof. 3.* subdens, quod etiam Judith strenua Duciffa Exercituum Hebræorum id intellexit, dum dixit: *Vivis Dominus, quia custodivit me Angelus ejus; & hinc euntem, & ibi morantem, & inde huc revertentem.* Judith. 13. 20. Septimò tandem, ut ait Marchantius *ibidem*, cullibet Monasterio particularis Angelus attribuitur ex doctrina Divi Thomæ 1. p. q. 133. art. 2. ad 1. cui adhæret Molina; & adfipulatur F. Alexander Bovius in suis Observationibus de Angelis *Observ. 29. in fine*; & Marchantius ubi *supra*, *vers. Denique*. Confirmati potest hæc doctrina ex traditis per Gregor. Turonensem Lib. 1. de *Glor. Mart. cap. 11.* ubi narrat quod deficiente cibo in magno quodam Monasterio, & Monachis ad Abbatem clamantibus, ipse illis ait, vigilemus, & oremus Dominum; quod cum fecissent, & post Matutinas Laudes se dedissent somno; venit Angelus Domini (utique custos ejusdem Cœnobii) & posuit super Altare multitudinem innumeram auri, et effecit Officia edis obferata; quod ut scivit Abbas, redditis Deo gratias, victui necessaria comparavit.

His ita præmissis respondentes Studiosi nostri ad 11. propositi Quæsti primam partem, *Utrum Angeli possint primam Tonfuram, & quatuor minores Ordines conferre?* alii negarunt, alii affirmarunt. Qui pro negativa opinione fuerunt, hæc fundamenta adduxerunt.

Primò, Quia Christus Dominus, quando instituit Sacramenta Ecclesie, eorum administrationem commisit Apostolis dicendo illis circa Baptifimum, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos* &c. ut habetur *Matth. 28.* circa verò Eucharistiam iisdem dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. 19. & circa Penitentiam, *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Joan. 20. 23. ex his deducitur, quod illi tantum habent aliquam potestatem in Ecclesia, quibus data est à Christo. Sed Christi solis hominibus dedit potestatem ministrandi Sacramenta. Ergo soli homines, non etiam Angeli possunt primam Tonfuram, & minores Ordines conferre.

Secundò, quia testatur Apostolus ad Hebr. 5. 1. quod omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur &c. Ergo si ex hominibus, non ex Angelis; hinc S. Joan. Chryostomus in Lib. 3. de Sacerdotio inquit: *Qui terram incolunt, atque in ea versantur, iis commissum est, ut ea, que in calis sunt, dispenserent; iis datum est, ut potestatem habeant suam Deus Optimus neque Angelus, neque Archangelus datam esse voluit: neque enim ad illos datum est, Quæcumque alligaveritis in terra, erunt soluta & in Cælo; & quæcumque solveritis in terra, erunt soluta & in Cælo.*

Tertiò, Christus instituit omnia Sacramenta in rebus sensibilibus, ut in eisdem sensibilibus consistant, & per sensibile, conferantur. Sed Angelus neque est sensibilis, neque sensibilia potest ministrare; etsi enim assumat corpus æreum, illud non informat, sed apparente eo utitur. Ergo non potest esse Minister Sacramentorum.

Quartò, Omnia Sacramenta efficiuntur ex materia, & forma; forma autem debet proferri voce humana juxta institutionem factam à Christo. Sed Angeli humano modo non loquuntur, quia ut ait Damascenus lib. 2. de *fide cap. 3.* quem refert Matrius in 2. *Sent. disp. 2. de Angelis num. 263.* commentitium efficit inter Angelos locutionem fieri per sensibilia signa sicut inter homines, nam intellectus humanus pro statu isto à sensibus pendet,

& idèd nequeunt homines sibi invicem suos ministrare conceptus, nisi per sensibilia signa; at intellectus Angelicus est omnino separatus à sensibus, & idèd à sensibilibus signis non pendet in sua locutione. Igitur cum Angelus non possit proferre formam Sacramenti humano modo, neque poterit esse Minister Sacramentorum.

Quintò, Si Angeli possent ministrare Sacramenta, nullus homo moreretur sine Baptifmo; ipsi enim maxima vigilantia procurant salutem animarum. Sed sic est, quod multi infantes decedunt absque Baptifmo; & plures adulti obeunt sine Sacramentis. Dicendum itaque ea ab Angelis non posse conferri.

Sextò, Collatio Sacramenti Ordinis, & sic primæ Tonfuræ, ac Minorum supponit in conferente characterem saltem Presbyteratus, ut infra de Abbatibus, & Cardinalibus ostendemus. Sed Angeli non sunt capaces characteris Sacramentalis, & de facto omni à nullo recipiunt, quia neque Ordinantur, neque Ordinari possunt. Ergo neque Ordines valent conferre.

Septimò, Angeli non possunt ferre censuras, neque aliquem Excommunicare. Riginalus lib. 9. 17. num. 114. Salmanticenses tom. 12. *traç. 10. de Censuris cap. 1. num. 54.* ubi Bonacina, & alii DD. Ergo à simili neque aliquem Tonfurare, vel ad minores Ordines initiare.

Octavò, quia inter errores Lutheri refertur assertio, quia ipse dicebat, non solum homines, sed etiam Angelos, imò etiam diabolum posse ministrare Sacramenta; ut refert Emin. Card. Bellarminus lib. 1. de *Sacram. in genere cap. 24.* & legitur apud Dianam *part. 12. traç. 1. resol. 111.* translata in Coordinatum tom. 4. *traç. 8. eadem resol. 111.* Ergo affirmare non licet, posse Angelos esse primæ Tonfuræ ac Ordinum collatores.

His tamen non obstantibus multò pluresplexi sunt opinionem affirmativam, ex sequentibus rationibus, & argumentis.

Primò, quod sicut Deus virtutem suam non alligavit Sacramentis, quin sine eis possit effectum Sacramentorum conferre; ita etiam virtutem suam non alligavit ministris Ecclesie, quin etiam Angelis possit tribuere virtutem ministrandi Sacramenta; quæ ratio est D. Thomæ in 3. p. q. 64. art. 7. & ante ipsum eam consideravit S. Augustinus lib. 2. *contra Parmenionem, cap. 15.*

Secundò, quia Angeli in corporibus assumptis absque ulla difficultate possunt adhibere materias Sacramentorum, & eorum formam proferre per verba humana more prolata; sicut enim, etsi Angeli possint loqui hominibus, vel secundum phantasmata rerum sensibilium, vel per modum aëtionis phantasiæ apprehendentes sermonem, vel per immediatum influxum specierum in potentiam hominis intellectivam, ut dicitur Bartholom. Sibylla in *Speculo Peregr. Quæst. Decad. 2. cap. 8. quæst. 4.* facilius tamen loquuntur voce humana, & idiomatica exteriori, formata vel immediate per se in aëro corpore assumpto, vel mediante lingua alicujus animalis, cui taliter illapsus est, ut usu organorum ejus loqui possit, ut ait Sibylla *ibidem*; & de utroque modo loquendi voce humana habemus innumerà propè exempla in Scriptura Sacra, ut de Agar, quam solatus est Angelus in deserto, & de Jacob in via; de Angelis, quos hospitatus est Abraham, & qui eduxerunt Loth de Sodomis; & hac voce humana Gabriel Archangelus salutavit Deiparam, nuncians ei Divini Verbi Incarnationem, & Petrum in Carcere dormientem Angelus Domini excitavit dicens: *Surge velociter.* Act. 12. 8. De locutione autem humana per organa, & linguam alicujus animalis constat, quando mediante Angelo locuta est Afina Baalam; imò, & Serpens ad Evam, diabolo verba pro-

proferente per os illius. Idèd cum Angeli possint proferre humana voce formæ Sacramentorum, & eorum materias applicare, concedi debet, eos esse posse ministros Sacramentorum; quæ quidem Sacramenta ab Angelis administrata censenda sunt ejusdem speciei simpliciter cum Sacramentis ministratis ab homine, ut demonstrat Emin. Card. de Lauræa in 4. *Sent. tom. 1. De Sacram. in gen. disp. 10. num. 6.* contra Card. de Lugo *ed. traç. disp. 8. sect. 1. num. 1.* ubi admittit hanc facultatem in Angelis, & docet validum fore Sacramentum ab iisdem Angelis ministratum, sed non esse reputandum ejusdem speciei cum Sacramentis collatis ab homine.

Tertiò, quia testatur Historia non semel Angelos fuisse Sacramentorum Ministros; nam Marco Monaco eos ministrasse SS. Eucharistiam scribit Sorzomenus lib. 1. *cap. 29.* Et S. Bonaventuræ, S. Bernardæ, B. Onuphrii, B. Stanislao, & aliis notat Cornelius à Lapide *Comment. in Levitic. cap. 21. in fin. & in Apocal. cap. 8. vers. 3.* nec non Gobatus in 4. *Sent. tom. 1. De Sacram. in gen. disp. 10. num. 6.* contra Card. de Lugo *ed. traç. disp. 8. sect. 1. num. 1.* ubi admittit hanc facultatem in Angelis, & docet validum fore Sacramentum ab iisdem Angelis ministratum, sed non esse reputandum ejusdem speciei cum Sacramentis collatis ab homine.

Quartò, Sed in terminis collationis Ordinum relata fuit Historia de S. Amphiloquio Iconii Episcopo, quæ habetur apud Nicephorum lib. 11. *cap. 20.* & eam tranferibit Marchantius in d. *Candelabr. Mystico traç. 1. lect. 7. propof. 1. col. 3.* his verbis: *S. Amphiloquius cum vixit, & doctrina gratia eminere misit Deus ad eum Angelos, qui Mystica, & arcana benedictione ad Episcopatum eum dignitatem consecrarent. Paulò verò post venerunt Episcopi, ut eum eligerent, & ordinarent; at ubi eis ipso agnovissent ab Angelis Dei consecrationem accepisse, data de tam sacra, & divina gratia Deo gloria, ut Pontificem Dei, & Evangelii præconem, ac fidei defensorem cum timore reverentis admiserit, & solita salutatione, atque osculo imperavit; eam, quæ Episcopalis functionis sunt, administrare permiserunt.* Scio Augustinum Bernald Theologum apud Dianam Coordinatum d. *tom. 4. traç. 8. resol. 111. §. 9.* cavillare veritatem hujus Historiæ; sed eam tamquam indubiam admittunt gravissimi, & doctissimi Auctores, quos allegat Diana *ibidem* §. 10. quibus contententis addo Salmanticenses *traç. 8. de Sacram. Ord. cap. 4. n. 16.* Gobatus d. *traç. 1. num. 50.* Emin. Card. de Lugo de *Sacram. in gen. d. disp. 8. sect. 1. n. 1.* nec non Emin. Card. de Lauræa *ed. traç. disp. 10. num. 3.* Legitur eadem Historia etiam apud Surtium in vita sancti Amphiloqui die 23. *Novembris.* Igitur ex his omnibus videtur confirmata hæc opinio affirmans, posse SS. Angelos Primam Tonfuram, & alios Ordines conferre.

Hanc controverfiam Theologi omnes concordant sub hac distinctione. Vel quærimus, an Angeli sint, & esse possint Ordinarii collatores Tonfuræ, & Ordinum? & tenenda est opinio negativa; quia Deus commisit hominibus ministrare Sacramenta,

& non Angelis, ut advertunt omnes Doctores max citandi. Vel petimus, an aliquando possint Angeli ex particulari Dei commissione ministrare Sacramenta, & sic Ordines conferre? & amplectenda est opinio affirmativa, quia Deus nullo motivo necessitator, ut per solos homines Sacramenta ministrarentur; sed ejus supremæ voluntati semper liberum est delegare ministrum Sacramentorum, etiam Angelis, ut fatetur DD. quos cumulat Diana Coordinatus d. *tom. 4. traç. 8. resol. 111.* & iisdem novissimè adfipulatur Gobatus d. *traç. 1. num. 50.* Volpi *resol. 168. num. 7.* Marchantius in *Candel. Myst. d. traç. 1. lect. 7. propof. 1. col. 2.* P. Macedo in *Rubr. Missal. p. 3. tit. 1. sect. 2. dub. 2.* P. Macedo de *Clavib. Petri lib. 4. cap. 9.* & prælaudati Emin. Card. de Lugo d. *disp. 8. de Sacram. in gen. sect. 1. n. 1.* & de Lauræa *eodem traç. disp. 10. n. 2. §. 299.*

Hac distinctione itante, & concordia retenta, non obstantè argumenta pro opinione negativa adducta: Non primum, ac secundum; quæ intelligenda sunt de ministris ordinariis Sacramentorum, ut sunt homines, quibus à Christo Domino data est facultas illa conferendi; secus autem de extraordinariis, quales afferunt DD. posse esse Angelos ex speciali delegatione iisdem à Deo facienda, ut aliquod Sacramentum conferant. Non tertium, quia etsi Angelus non habeat sensum in se, & dicatur formaliter sensibilis agere, objectivè tamen operatur sensibile, quia habet virtutem applicandi hominibus, & insinuandi sensibus hominum ea, quæ sibi demandata sunt à Deo, ut docet Emin. Card. de Lauræa d. *disp. 10. de Sacram. in gen. n. 7.* non Quartum, quia sicut Angeli possunt applicare materias Sacramentorum sensibiliter; ita valent proferre formas voce humana; quæ autem dicta sunt à Damasceno de locutione Angelorum procedunt, dum ipsi inter se loquuntur; tunc enim eorum locutio non est per sensibilis, neque per vocem humanam; sed spiritali modo insinuando conceptus suos ad invicem, ut ex S. Thoma in 2. *disp. 11. q. 2. art. 3.* nec non de *Veritate quæst. 9. art. 4. §. 5.* & 7. tradunt Salmanticenses *tom. 2. part. 2. de Angelis traç. 7. disp. 16.* Et ex Scoto in 2. *disp. 9. q. 2.* demonstrat Matrius in 2. *lib. Sent. disp. 2. q. 9. per totam.* Non quintum, quia cum Angelis non sit demandatum jure ordinario, & ex officio ministrare Sacramenta, eorum vigilantia, cura, & sollicitudo salutis hominum red argui non potest, si aliqui moriantur sine Sacramentis, sic Deo permittente ex impercrutabili sua providentia. Non Sextum, quia ut ait Emin. Card. de Lauræa d. *disp. 10. n. 8.* procedit regulariter in hominibus, non autem in speciali commissione, quam Angelis Deus daret; ipse enim non alligavit virtutem suam characteribus præcedentium Sacramentorum. Non obstat Septimum, quia & illud intelligendum est ex officio proprio, & de jure ordinario. Nec Ultimum, quia error Lutheri resultabat ex eo, quod potestatem conferendi omnia Sacramenta, afferbat esse communem omnibus hominibus; imò & Angelis, & Diabolo, ut negaret illam spectare ad Presbyteros tantum ex Christi institutione; ut declarat Diana d. *resol. 111.* & Emin. Card. de Lauræa d. *disp. 10. n. 10.* At quod Deus, si velit, possit aliquando committere Angelis Sacramentorum administrationem, nullus est error, cum id affirmetur à S. Thoma 3. p. q. 64. art. 7. à Scoto in 4. *disp. 6. q. 1.* & ab utriusque Scholæ tantorum Magistrorum Discipulis Suarezio *tom. 3. in d. 3. p. disp. 64. Lestio ad d. q. 64. D. Thoma d. art. 7. n. 17.* Matrius in *Theologia Morali disp. 16. n. 35.* & præter alios supra citatos ab Emin. Card. de Lugo *disp. 8. de Sacram. in generi sect. 1.* & Card. de Lauræa *disp. 10. art. 1.*

Alterâ pars propositi quæsti continebat: *Utrum 27. Anima Beatorum in Cælo assistentes possint ministrare Primam Tonfuram, & Ordines?* Ad quod pariter responsum fuit, & respondendum venit jure ordinario



nario negativè; ex ea repetita ratione, quòd de facto solus homo viator habere potest ordinariam facultatem ministrandi Sacramenta. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 10. art. 1. n. 3. *Idem* ubi n. 8. subdit, quòd licet Beati sint ejusdem speciei cum viatore, & habeant eisdem characteres, itaut si aliquis Sacerdos Beatus resurgeret, posset iterum consecrare, nihilominus non habent amplius hanc potestatem in actu, & sunt sicut aliquis Commissarius, qui complevit tempus exercendi jurisdictionem ante habitam; nam etsi retineat adhuc patentes Litteras significantes dignitatem, & potestatem olim sibi traditam, non potest eam amplius exercere; & quidem congruenter, quia cum Beati non degant nobiscum, inutilis, & frustratoria esset hæc potestas in ipsis ministrandi Viatoribus Sacramenta. Ex particulari autem commissione Dei, & ob aliquam causam infinitæ ejus Sapientie beneficium, bene possent Beati Sacramentum Ordinis, & alias Sacramentales, & Episcopales functiones ministrare, & facere; prout aliquando ab eis factum fuisse sequentia exempla, ac Historiæ demonstrant.

Primo quidem Christus Dominus gloriosus in Cælis non designatus est S. Philemonem Martyrem baptizare. Nam, (ut refert Surius ex Metaphraze in Vita S. Thome, & socior. die 14. Decembris, atque Gobatus trad. 2. num. 222. ex iisdem auctoribus, & Lipomano,) *Glorioso Christi pugnati Philemoni Catechizato pro religione inter carniscentes decertanti obicit Preses, ei nihil profuturam tormentorum persecutionem pro Christo, eo quòd non esset baptizatus.* Tunc Philemon magna voce adstantes rogare cepit, ut si qui Christiani essent, & tormenta non formidarent, sibi Sacram Lavacrum impertirent. At præ timore cum nullus ad tam pium officium explendum se exhiberet; Martyri Christi ejus flagrantis opus, ecce advenit nubes rorida de Cælo, & in ea Christus Dominus, qui benigne Philemonem baptizavit, & in eadem nube Cælum repetit. At non femel Christum de Cælo venientem, & alios baptizantem ostendit ex Vitis SS. Bagatta tom. 2. lib. 3. cap. 1. §. 3.

Secundo, Sanctæ Catharinæ Senefi Virgini, concupiscenti Communionem, nec ob quorundam murmuraciones sumere valenti, Christus ipse Particulam Hostiæ Consecratæ detulit ex Altari, ut testatur Raymundus Capuanus, & ejus manibus Catharina eam in ore recepit. Ita in ejus vita cap. 82. & 83. & ex eadem Cornelius à Lapide in Levitic. cap. 21. in fin. & Bagatta de Admirand. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 45. & 46.

Tertio, Ipsemet Clementissimus Salvator noster Christus Dominus dignatus fuit propriis manibus Consecrare augustissimum Sacellum Beatæ Virginis Eremitanæ pridie, quàm S. Conradus Episcopus ejusdem inaugurationem aggrediretur; cumque de hac Christiana functione admonitus non acquiesceret, sed ad eam repetendam accessisset, prohibitus fuit ab Angelis his vocibus: *Cessa, cessa, Frater, Capella divinitus jam consecrata est.* Ita ex Annalibus Eremitanis per R. P. Christophorum Hartmannum conscriptis ad pag. 50. & 51. transcribit idemmet Gobatus d. trad. 2. num. 158. Verùm, cum hujus Sacræ functionis Historiam ponat per extensum P. Guilielmus Gunperberg è Societate Jesu, in Atlante Mariano, in quo agit de Imaginibus DEIPARÆ per Orbem Christianum Miraculosis, mihi exhibitio per Reverendissimum, atque Religiosissimum P. D. Cleum Caspi Abbatem Casinensem S. Georgii Majoris Venetiarum; in eodem lib. 1. ad Imaginem Miraculosam B. Mariæ Virginis Eremitanæ pag. 20. sic scribit:

*Hic (idest Eberardus Decanus Argentinenfis è Regio Burgundiorum sanguine) edificato Canobio (quod nunc possident Monachi Casinates cum Ecclesia in qua servatur eadem Imago Miraculosa) S. Conra-*

*dum Episcopum Constantiensem invitavit, rogavitque, ut tam nobile Templum, tandem Ecclesie ritu Virgini Deiparæ dedicaret. Annus ille, & Uldaricum Augustanum Præulem, quem tunc habebat hospitem, una deducum, tanto Virginis festo interesse voluit. Cum ecce pridie, quàm insisteretur Dedicatio, dum Conradus nocte ad preces pro more è lecto se proripit, videt insolito fulgere fenestras cubiculi relucere. Tam non parùm attonitus, ipsum quoque Templum, quantum erat, resplendere accensis luminibus advertit. Ingressus itaque Sacellum vidit delapsos Cælo Divos pergere, quam ipse postridie peracturus venerat, Dedicacionem. Ne quid in tanti momenti re abeamus à vero, visum est mihi apponere ea, que ipse Conradus in Libro de Secretis Secretorum, hac de re à se scripta reliquit in hæc fere verba.*

Anno à nato Salvatore 948. imperante Othone, sedente Agapito II. anno decimo tertio Episcopatus Contadi, in festo S. Crucis in Autumno, fuit ab ipso CHRISTO Domino Nostro, & à suis Sanctis Angelis consecrata Capella Beatæ Virg. in Eremito in hunc modum. CHRISTUS Dominus Noster descendit de Cælo Casula Sacerdotali five purpurea, five violacea indutus, sequente Altare B. Virginis sistit; ibique Sanctissimum Missæ Officium complevit, præsentibus quatuor Evangelistis, qui ritu Ecclesiæ miram imponebant Sacro Capiti, vel amovebant. Sancti Angeli accensis aurei Thuribulis, odoribus replebant Templum, non sine suspirio, qualem Zephyrus follet efficeret, cum inter arborum folia ludit. Assit lateri uni S. Gregorius tenens manu aspergillam; alterum latum tenuit S. Petrus, pedumque Pastorale præse tulit. Assit quoque cum S. Angustino S. Ambrosius. Ipsa verò Virgo Deipara super Altare inter coticos; & plusquam solares radios cælestis majestatis apparuit. S. Michael Archangelus Symphoniacorum Præfectus Angelorum, quorum nonnulli suffraganeorum Episcoporum officio fungebantur. Cantus is ipse, & omnium cæremonia fuit, quam ritus Ecclesiæ in Templorum Cathedralium Consecratione præscribit. Epistolam ecclesiæ Sanctus Stephanus, S. Laurentius Evangelium. Reliquum, quod supererat, Cantus fecere Angeli non sine præstantissimis instrumentis. Quædam verba etiam mutarunt. Etenim cum ad SANCTUS ventum est, sic auditi sunt verba variare: *Sanctus Deus in Aula gloriose Virginis MARIÆ; Sanctus Deus in Altare S. Crucis; Sanctus, & immortalis Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Cæli, & Terra gloria tua, Benedictus sis Filius MARIÆ in eternum, qui venit in nomine Domini. Hofanna in excelsis.* Nonnulla quoque mutata sunt, cum ad Agnus Dei ventum est. *Agnus Dei miserere omnibus, qui credunt in te, miserere nostri. Agnus Dei miserere defunctorum, qui in terris quiescunt. Agnus Dei da pacem vivis, & defunctis, qui te benedicunt.* Quoties verò oportebat ex ritu Ecclesiæ dicere, *Dominus nobiscum, respondebant Angeli, Qui sedet in throno Cherubinarum, & videt abyssum Inferni.*

Manè orto, omnibus pro Templi Consecratione ritè compositis, Episcopus Conradus in Templo permansit usque ad meridiem, dulcissima præteritorum recordatione suspensus, sperans aliis modis ea, quæ viderat, ad aliorum noticiam perentura. Elapso penè meridie, moment mihi Clericorum, tempus abire, nec tamen populi expectationi satisfactum. Ille, quæ noctu facta essent, quæque vidisset, verissima narratione ingenuè fateatur. Illi pium somnium arbitrari instant obtutus sacris vestibus, congnuntque nolentem ad Sacras cæremonas peragendas. Vix autem datum Sacris esse principium, cum vox clara omnium auribus de Cælo insonat: *FRATER CESSA CONSECRARE, & ut firmis hæretet, ter repetita est. Territi, qui negabant, fidem dedere verbis Conradi, Deumque in miraculis suis*

lauda-

laudaverunt. Ex eo tempore VIRGO quoque, nunquam non ante liberalis, favores ecclesie etiam prodigè effudit, etiam ultra sepe penitentium. Hucusque ejusdem P. Gunperbergi narratio.

Trinas hujuscemodi Temporum miraculosas Consecrationes à CHRISTO Domino factas refert Bagatta in Admir. Orb. Christ. tom. 2. lib. 5. cap. 2. num. 3. 4. & 5. ibi à devotis studiosis legendas. Et ne quis excipiat, has functiones Sacras factas esse à Dei Filio ob auctoritatem Excellentiæ, qua solus præfulget; addere volui.

Quarto Consecrationem Basilicæ Londoniensis in Anglia, quam Anno 610. ut ibi notat Emin. Card. Baronius, perfecit S. Petrus Apostolus, & describit Surius in vita S. Eduardi Regis die 5. Januarii his verbis: *Tempore, quo Rex Ethelbertus qui regnavit in Cantia, predicante B. Augustino, fidei Sacramenta suscepit, nepos ejus Sebertus, qui Orientalibus Angliis præfuit, idem eodem Episcopo Evangelizante suscepit. Hic Londoniæ, que regni sui caput habebatur, intra muros Ecclesiam Beati Pauli fabricavit, & Episcopali honore Mellitum Episcopum institutus honoravit. Extra muros verò in Occidentali parte, in honorem B. Petri Monasterium in hunc fundavit, & multis possessionibus ditavit. Noctè autem Dedicacionem ejusdem Ecclesie præcedente, piscatori cuidam Thomæ filii, qui idem Monasterium præterfuit, ulteriori ripa in habitu peregrino Beatus Petrus apparet, promissa mercede, transponi se ab eodem, & petiit, & promeruit. Egressus autem de navicula, Ecclesiam piscatore cernente ingrediuntur. Et ecce subito lux cælestis omicuit, miroque splendore illustrans omnia, noctem convertit in diem. Adfuit cum Apostolo multitudo Civium supernorum, ingredientium, & egredientium; melioque cælestis infonabat, & indicibilis odoris fragrantia naves perfundebat. Peractis autem omnibus, que ad Ecclesie Dedicacionem spectant, solemnibus, rediit ad piscatorem piscium piscator egregius hominum. Illum nimio timore trementem cum Apostolus confortasset, & retia in capturam piscium laxare jussisset, eaque piscibus implevisset, subiunxit: *Piscem hunc, qui præ cæteris pretio, & magnitudine præcellit, Mellito ex mea parte defer Episcopo; cætera pro nautica mercede tibi tolle. Ego sum Petrus, qui loquor tecum, qui cum meis concubitis construxim in meo nomine Basilicam dedicavi, Episcopalemque benedictionem necè sanctificationis auctoritate præveni. Dic ergo Pontifici, que vidisti, & audisti; tuoque sermone signa parietibus impressa testimonium perhibebunt. Superse deat à Dedicacione, suppleat, quod omisimus, Domini Corporis, & Sanguinis Sacrosanctæ Mysteria. Et paulò infra: His dictis confestim ab oculis ejus disparuit. Mandò autem factò, Episcopo Mellito ad dedicandam Ecclesiam procedenti cum pisce piscator occurrit, & omnia, que sibi mandata fuerant, pandit. Stupet Anistes, referatque Ecclesia valde, videt pavimentum utriusque Alphabeta inscriptione signatum, parietem bis senis in locis sanctificationis Oleo linitum; totidem cereorum reliquias duodenis Crucibus inherere, & quasi recentis respiratione adhuc cuncta madescere. Quod videns Episcopus una cum populo Deum benedixit, & retulit gratias etc. Hujus Historiæ ex probatis auctoribus desumptæ præter Emin. Card. Baronium meminit Spondanus ad d. Annum 610. num. 6. Emin. Card. de Lugo d. disp. 8. de Sacram. in gen. num. 14. Bagatta d. tom. 2. lib. 5. cap. 3. §. 2. num. 6. & Diana Coordinatus d. tom. 4. tract. 8. resol. 111. §. 8. que habetur in veteri part. 12. trad. 1. pariter resol. 111. Itaque Beatorum Animæ, ex specialibus Dei commissione Sacramenta possunt nobis ministrare. Confirmatur hoc ipsum**

Quinto, Narratione Stapletoni in Colleham S. Thome Apost. quam referunt non solum Diana in

cit. resol. 111. & ex Nauclero in Chronic. vol. 2. Bagatta de Admirand. d. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 14. sed etiam Eminentiissimi Cardinales de Lugo d. disp. 8. n. 4. & de Lauræa d. disp. 10. num. 3. quæ est hujusmodi. Joannes Patriarcha Idorum Anno fas- lutis MCXX. peregrinationis causa Romam veniens, Callisto II. tum Romano Pontifici, Cardinalibus, aliisque presentibus in Concistorio testatus est, Sanctum Thomam Apostolum omni anno, in die festivitatis ejus, visibilem apparere in propria Ecclesia, ibique populum manu propria communicare, Sacram Eucharistiam porrigendo dignis, ab indignis verò retrahendo. Ex quibus omnibus Doctores deducunt, ex Dei justitiam Beatos nunc in Cælo existentes ad nos proferre posse, Sacramenta hominibus ministraturos. Ita S. Thomas 3. p. q. 63. art. 5. Nugus, Dicastillus, Averia, Turrianus, & Henriquez apud Dianam Coordinatum d. tom. 4. tract. 8. resol. 111. §. 4. Marchantius in Candel. Myst. d. trad. 1. leu. 7. propos. 1. Quartus in Rubr. Missal. d. p. 3. tit. 1. sed. 2. dub. 2. & prælaudati Cardinales de Lugo, & de Lauræa ubi supra allegati.

DECISIO XIV. ARGUMENTUM.

Demonstratur, simplices Presbyteros posse conferre primam Tonsuram, ac minores Ordines, sed è solius Papæ commissione, prout ex antiqua praxi Ecclesiæ, & ex nova concessione per Alexandrum VIII. facta Primicerio Sancti Marci Venetiarum. Difficilia argumenta in contrarium proponuntur, & evacuantur. Agitur de Chotepiscopis. Quinam essent? Quando introducti? Quando servati? Cur, & quando extincti? Quo jure ipsi ordinarent Clericos?

SUMMARIUM.

- 1 Presbyteris an possit committi collatio Ordinum minorum? Et à quo?
- 2 Abbates Presbyteri Ordinant suos Monachos in minoribus. Et num. 3.
- 3 Sequanus Tonfura insignitus ab Eustadio Presbytero.
- 4 Parochi jus dandi primam Tonfuram olim habebant.
- 5 Emerita, vulgo Merida Urbis Lusitanie antiquitas Metropolitica. Ejus prerogative; & constructio.
- 6 Cardinales Presbyteri conferunt Tonfuram, & Minores Ordines.
- 7 Primicerius S. Marci Venetiarum confert Tonfuram, & quatuor Minores Ordines ex Privilegio Alexandri VIII.
- 8 Olim conferebat tantum primam Tonfuram.
- 9 Confirmationis Sacramentum potest Presbyter ministrare ex delegatione Papæ.
- 10 Ministri Sacramentorum sunt à Christo designati.
- 11 Ordinum collatio valida pendet à characterè Episcopali.
- 12 Presbyteris in primitiva Ecclesia denegata facultas Ordinandi. Et num. 14.
- 13 Papam delegare posse collationem Ordinum Presbyteris non reperitur, ubi id sibi concessum.
- 14 Ecclesia Romana habet veram fidem circa Sacramenta, & est Magistra veritatis.
- 15 Factum à Papa satis probatur bene factum, quia ab eo factum.
- 16 Christus non abstulit Vicario suo potestatem deputandi Presbyteros ministros Confirmationis, & Ordinum.
- 17 Pape commissio in Sacramentis Confirmationis.



- nis, & Ordinis equivolet ebariteri Episcopali.
- 20 Apofolicarum Constitutionum libris an standum in omnibus
- 21 Diaconi nunc permiffa ea, qua olim erant eis prohibita
- 22 S. Benediictus, Maurus, & Placidus quos Ordines fufceperint?
- 23 Cardinales Diaconi folemnem dant benedictionem
- 24 Papa folus, non autem Epifcopi delegant Presbyteros Minifros Ordinum
- 25 Obepifcopi olim ex delegatione Epifcopi etiam Sacros Ordines dabant. An effent fimplices Sacerdotes
- 26 S. Ihdorus quo tempore factus Epifcopus Hifpanenfis?
- 27 Obepifcopatus dignitas quam olim effet, & quando inceperit?
- 28 Quanto tempore duraverit?
- 29 Obepifcopi alii fimplices Presbyteri, alii Epifcopi
- 30 Saracenorum Tyrannis in Chriftianos Saeculo quinto, & fexto.
- 31 Obepifcopi conferentes Ordines Sacros erant Epifcopi Titulares
- 32 Eudymioni fomnum dormire quid fignificet?
- 33 Obepifcopi Presbyteris facultas Ordinandi non erat data ab Epifcopis privatis, fed ab Ecclefia idem a Papa capite Ecclefie
- 34 Conciliorum decreta a Papa confirmata dicuntur Papalia

**D**ictum fuit in initio Decifionis XII. quatuor effe genera perfonarum a quibus Prima Tonfura cum quatuor minoribus Ordinibus conferri poteff; fcilicet ab Epifcopis iure ordinario, ex fpeciali autem, ac extraordinaria commiffione ab Angelis, & Beatis, a Presbyteris, & ab Abbatibus. Adum effe de primis duobus, nunc videre oportet de tertio, & examinare, an Presbyteri poffint effe miniftri, & cellatores tum primæ Tonfuræ, tum etiam minorum Ordinum?

Huius Quæfiti duæ funt partes. Una effe, an fimplici Presbytero poffit delegari primæ Tonfuræ, & minorum Ordinum collatio? altera, a quo fit faciendæ talis delegatio? Circa primam partem, communis effe Theologorum, & Canoniftarum refponfio, quod fimplices Presbyteri poffunt ex fpeciali delegatione conferre primam Tonfuram, & quatuor minores Ordines. Ita S. Thomas in 4. dift. 25. q. 1. art. 2. Scotus dift. 24. q. Unica, f. de Tertio. Sylvefter Verb. Ordo 3. q. 7. Covarvavias lib. 1. Var. cap. 10. n. 9. & 10. Morinus de Sacris Ordinibus part. 3. Exere. 4. cap. 3. n. 1. ubi ait, fi omnes Doctores lentire, uno, vel duobus tantum exceptis. Fagnanus in c. Cum contingat, n. 9. de Etate, & Qualit. tom. 2. Diana part. 8. trañ. 1. refol. 33. Quæ reperitur in Coordinato ejus opere tom. 3. trañ. 1. refol. 68. Noviffimè Salmantienfes, qui plurimos Theologos ita docentes cumulant tom. 12. in trañ. 4. de Sacram. Ordinis trañ. 8. cap. 3. & n. 18. & feqq. Nec non Emin. Card. de Lauræa cod. trañ. difp. 8. n. 17. Hæc communis opinio probatur:

Primò ex cap. Quoniam, 69. dift. ubi conceditur Abbati conferre minores Ordines fuis Monachis, dum tamen conftet ifum effe Presbyterum.

Secundò ex cap. 1. de Ordinatis ab Epifc. qui renunc. ubi Alexander III. refpondens ad fibi propofitam difficultatem, diftinguit Ordines Sacros à minoribus, & poftca fubdit, Huiusmodi Ordines (minores) à non Epifcopis quandoque conferuntur.

Tertiò per cap. Cum contingat, 11. de Etate, & Qualit. ubi Innocentius III. repetit, & confirmat circa collationem Tonfuræ, & minorum Ordinum factam ab Abbate in fuo Monafterio, quod fi conftet eum effe

Sacerdotem per primam Tonfuram, juxta formam Ecclefie datam, Clericalis Ordo conferitur.

Quartò per cap. Abbates 3. de Privileg. in 6. ubi Alexander IV. loquens de Abbatibus Monafteriorum, qui Sacerdotes funt, inquit, Nec eis licitum fit illis, quam Monafteriorum fuorum converfis, & qui ad illa convolverint, & in quos Ecclefiafticam, & quafi Epifcopalem iurifdictionem obtinent, primam Clericalem conferre Tonfuram. Ergo fuis fubditis eam poffunt conferre.

Quintò, Ex Concil. Trid. feff. 23. cap. 10. de Ref. docente, Abbates, qui Sacerdotes funt, non poffunt fuis fubditis Ordines minores, aut Tonfuram conferre.

Sextò probatur ex ufu Ecclefie, quæ pluribus Sacerdotibus, qui non funt Epifcopi, talem facultatem conferendi primam Tonfuram, & minores Ordines conceffit, quod effe apud omnes receptiffimum, ut notant Salmantienfes d. trañ. 8. cap. 3. num. 17. & teftatur Magiftrus in Hierolexico. Verb. Ordo col. 4. ubi duo refert teftimonia; Unum de Sancto Sequano, quod legitur in Hiftoria Rhenenfi fci dicente: Erat autem tunc temporis in Magnimontenfi oppido Presbyter moribus & etate nomine Eufitadius Vir Deo dignus, atque fanctiffimus: quem parentes B. Seguanus ad tendendum eum adduxerant cum lætitia: qui eum veniffet, & preces Deo profudiffet, ejus capiti verticem divino obarctare fignatum tonant; & poft deconffonem, caffa ofcula capiti, atque labiis ejus infgens benedixit eum &c. Alterum teftimonium deducit ex Concilio Emeritano Can. 18. in quo fit fci ftatutum: Omnes Parochiani Presbyteri, juxta ut in verbis à Deo creditis fentiunt habere virtutum, de Ecclefie fua familia Clericos fibi faciunt. Utique iifdem primam Tonfuram, & minores Ordines conferendo. Emerita, vulgò Merida, olim erat tunc Lufitanæ Metropolis, cujus à Mauris everfae non nihil fupereffe, nifi parietina, & rudera, ut notat Cabalufius in Notitia Ecclefiaftica Concil. Ad annum 666. quo anno in ea dictum Concilium fuit celebratum, Vitaliano Papa exiffente. Tunc ipfa nobilitabatur natalitio, & Martyrio Sanctæ Virginis Eulaliæ, de qua Prudentius canit in ejus Hymno.

Ultimò, quod fimplices Presbyteri poffint effe Miniftri primæ Tonfuræ, ac Ordinum Minorum probatur ab exemplo Sacramenti Confirmationis, quod licet fpedet iure ordinario ad Epifcopum, tamen ex fpeciali Papa delegatione etiam fimplices Sacerdotes poffunt illud miniftrare; ut nos latè probavimus in noftris Decifionibus, de Sacram. Confir. Decif. 53. per totam, & docent S. Thomas 3. p. q. 72. art. 2. Suarez, Hurtadas, Sanchez, & alii, quos citat, & fequitur Diana part. 8. trañ. 1. refol. 3. pofta in Coordinato tom. 3. trañ. 1. refol. 11. Pignatellus tom. 10. confult. 155. n. 2. & Emin. Card. de Lauræa d. difp. 8. num. 24.

Cæterum, quod Presbyteris delegari non poffit facultas conferendi primam Tonfuram, ac minores Ordines videtur dicendum ex fequentibus.

Primò: In omnibus Sacramentis præfcripta effe à Chrifto Domino materia, forma, & perfona Miniftri. S. Thomas 3. p. q. 64. art. 4. Catechifmus Romanus de Sacram. in gen. feff. 24. Sed nullus poteff mutare materiam, & formam Sacramentorum a Chrifto inffitutam. Ergo neque perfona Miniftri. Hinc fequitur, quod Miniftri Sacramenti Ordinis inffitutus à Chrifto cum fit Epifcopus, ut probavimus fupra Decif. 12. n. 2. & feqq. & docent S. Thomas in 4. dift. 25. q. 1. art. 1. & ibidem S. Bonaventura; Item Scotus in 4. dift. 24. q. Unica, fequitur, inquam, quod nemo poteff mutare perfona Miniftri huius Sacramenti, & ejus collationem committere fimplici Sacerdoti, vel alteri, qui non fit Epifcopus.

Secundò: Potestas conferendi Ordines pendet à charactere Epifcopali; adeo ut qui ordinatur ab illo, cui De Sacramento Ordinis.

vingat, num. 9. de Etate, & Qualit. & latids in c. His, quæ, num. 25. & 26. de Major. & obed. ubi allegat etiam Rotam Romanam fic fententem in part. 3. difp. Decif. 73. num. 10. & idem docent Theologi Victorii, Valentia, Ledefma, Sotus, Vaſq. & alii plurimi, quos citat, & fequitur Diana part. 5. trañ. 2. refol. 5. quæ in Coordinato ejus opus tranſvolavit tom. 9. trañ. 7. refol. 51. ubi confutat Germonium, qui docuit contrarium in trañ. de Indult. Cardin. f. Tam ratione n. 29. Concordant Diana, Salmantienfes d. trañ. 8. c. 3. n. 19. Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. n. 4. Tambur. de Jure Abb. tom. 1. difp. 11. quæf. 4. num. 4. & cæteris melius Emin. Card. Brancatius in Opufc. de Benediicti Diacon. pag. 292. & ibi Joan. à Turri de Legat. à latere f. 4. lib. 2.

Octavò probatur ex Brevis Apofolico Alexandri Papæ VIII. directo Sereniffimo Duci, ac Senatui Veneto Anno 1690. in quo teftificans obſervantiam fuam erga Patriam, & Patrios Venetiarum, de quorum gremio erat, concedit Primicerio Ecclefie Ducalis Sancti Marci fimplici Presbytero, ut præter ufum Pontificalium à Pontificibus Romanis antea ei conceffum, poffit etiam conferre Tonfuram, ac quatuor Minores Ordines Clericis ejufdem Ducalis Baſilicæ, & aliarum eidem fubditarum. Verba Brevis Alexandrini, totumque ipſum Breve ponitur infra poſt Decifionem XV. in quo ulterius narratur, eundem Primicerium Sancti Marci folitum fuiſſe conferre primam Tonfuram perſonis intervenientibus prædictæ Baſilicæ S. Marci, & aliis Ecclefiis eidem fubjectis, tum ex immemorabili confuetudine, tum ex indulto Apofolice Sedis, à Romanis Pontificibus Prædecefforibus fuis ipſi Primicerio conceſſo; quod quidem Indultum opus effe, ut emanaverit poſt Concilium Tridentinum, aliàs ſublatum, & extinctum remaniffet, ex eo quòd ipſum Concilium in d. feff. 25. c. 10. caſſavit, annullavit, & abolevit quæcumque indulta, & confuetudines etiam immemorabiles conferendi primam Tonfuram, & Ordines minores, exceptis illis, quas habebant Abbates reſpectu fuorum Regularium ſubditorum, ut dicitur in Decifione XV.

Ultimò, quod fimplices Presbyteri poffint effe Miniftri primæ Tonfuræ, ac Ordinum Minorum probatur ab exemplo Sacramenti Confirmationis, quod licet fpedet iure ordinario ad Epifcopum, tamen ex fpeciali Papa delegatione etiam fimplices Sacerdotes poffunt illud miniftrare; ut nos latè probavimus in noftris Decifionibus, de Sacram. Confir. Decif. 53. per totam, & docent S. Thomas 3. p. q. 72. art. 2. Suarez, Hurtadas, Sanchez, & alii, quos citat, & fequitur Diana part. 8. trañ. 1. refol. 3. pofta in Coordinato tom. 3. trañ. 1. refol. 11. Pignatellus tom. 10. confult. 155. n. 2. & Emin. Card. de Lauræa d. difp. 8. num. 24.

Cæterum, quod Presbyteris delegari non poffit facultas conferendi primam Tonfuram, ac minores Ordines videtur dicendum ex fequentibus.

Primò: In omnibus Sacramentis præfcripta effe à Chrifto Domino materia, forma, & perfona Miniftri. S. Thomas 3. p. q. 64. art. 4. Catechifmus Romanus de Sacram. in gen. feff. 24. Sed nullus poteff mutare materiam, & formam Sacramentorum a Chrifto inffitutam. Ergo neque perfona Miniftri. Hinc fequitur, quod Miniftri Sacramenti Ordinis inffitutus à Chrifto cum fit Epifcopus, ut probavimus fupra Decif. 12. n. 2. & feqq. & docent S. Thomas in 4. dift. 25. q. 1. art. 1. & ibidem S. Bonaventura; Item Scotus in 4. dift. 24. q. Unica, fequitur, inquam, quod nemo poteff mutare perfona Miniftri huius Sacramenti, & ejus collationem committere fimplici Sacerdoti, vel alteri, qui non fit Epifcopus.

Secundò: Potestas conferendi Ordines pendet à charactere Epifcopali; adeo ut qui ordinatur ab illo, cui De Sacramento Ordinis.

Epifcopalis deeff character, nihil recipiat; & iterum debet Ordinari. cap. Propter totius, dift. 19. cap. Per illiciam, 9. q. 1. Ergo ftrutta, & inaniter Ordinum collatio committitur fimplicibus Presbyteris non habentibus characterem Epifcopalem.

Tertiò: In Apofolicis Constitutionibus lib. 3. c. 11. fic legitur ftatutum: Neque Presbyteris poteftatem dantur Ordinandi Diaconos, aut Diaconiffas, aut Leitores, aut Minifros, aut Cantores, aut Janitores; fed Epifcopis tantum. Ergo illis, qui non funt Epifcopi, Ordinationes Clericorum delegari non poffunt.

Quartò: In iifdem Constitutionibus Apofolicis lib. 8. caps. ult. legitur: Unufquifque in Ordine fibi dato maneat, neque tranfeat regulas; non enim noſtre funt, fed Dei. Et deinde poſt comminationes pœnarum in exercere præfumentibus Ordinem, quem non habent, ſubjungitur: Neque enim fas eſt Diacono Sacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem fuis parvam, ſive magnam facere; neque Presbytero Ordinationes Clericorum facere. Igitur cum ab homine mutari non poffint, quæ à Deo funt ordinata, ac inſtituta, poſſibile non videtur, ut in miniftrum Tonfuræ, & minorum Ordinum deputetur ſimplex Presbyter etiam à Papa; cum à Deo fit deſignatus, & deputatus miniftr folus Epifcopus.

Hæc argumenta effe quidem difficilia fatentur doctiffimi Salmantienſes in d. trañ. 8. de Sacram. Ord. cap. 3. num. 18. Diana Coordinatus d. tom. 3. trañ. 1. de Potestate Pontificia refol. 68. quæ decrepta effe veteri part. 8. tr. 1. refol. 33. ac etiam Emin. Card. de Lauræa cod. trañ. de Sacram. Ord. difp. 8. n. 13. & n. 34. ubi fubdit, quòd neque assignari poteſt, ubi fit conceffum, ut Papa difpenſet in eſſentialiter requifitis ad Sacramenta, cujuſmodi eſt Miniftr Ordinum, aliàs dici poſſet, quòd in omnibus Sacramentis poſſet difpenſare circa perfona Miniftri; & fic quòd Miſſam diceret, qui non eſt Sacerdos, vel abſolveret à peccatis, aut Extremam Unctionem daret.

Nilominus prædictis non obſtantibus aſſeverandum eſt, poſſe Papam committere ſimplici Sacerdoti, & non Epifcopo collationem Tonfuræ, ac minorum Ordinum; quia talis eſt, & ab antiquo ſuit praxis Ecclefie Romanæ, in qua eſt vera fides Sacramentorum, nec aliter quis de eis poteſt ſentire, quam ipſa Ecclefia ſentiat. cap. Ad abolendam de Hæretic. ſiquidem apud illam fideliter cutodiuntur, & ſervantur traditiones Apofolorum; & dicitur Magiſtra veritatis. c. In novo, & c. Quonvis, dift. 21. quæ non poteſt errare, imò ipſa eſt, quæ deſtruit omnes errores fidei; juxta id, quòd ſcriptum eſt Matth. 16. & Parte inferi non prævalebunt adverſus eam. c. Si Petrus, 24. q. 1. Idcirco, ut ſcribit Emin. Card. de Lauræa de Sacram. Confir. difp. 2. n. 44. prout Papa delegat ſimplici Presbytero miniftrationem Sacri Chriſmatis, eſt illius Sacramenti Ordinarius miniftr fit Epifcopus; & nulla alia ratio illius delegationis adduci poteſt, niſi quia Sedes Apofolica eandem delegationem facit; & tale factum fatis eſt ad probandum, quòd fic facere poteſt, ob illud inconcuſum principium, non poſſe Papam errare in fide; eodem modo dicendum venit, poſſe Apofolicam Sedem committere collationem primæ Tonfuræ, & minorum Ordinum ſimplicibus Presbyteris, ea ratione, quia fic facere poteſt, & antiquitus fic fecit; unde tenendum eſt, fic facere potuiſſe, ut reſpondet idem Emin. Card. de Lauræa d. difp. 8. de Sacram. Ord. n. 35. ſubdens ibidem: Non apparet explicitam conſeſſionem huius privilegii pro Papa; ſed negari non poſſe implicitam, quæ Petro facta putatur, cum ei Ecclefie gubernium traditum eſt: imò omnis poteſtas, qua utitur Papa, quæ aliquibus videtur exorbitans, propria ejus eſt, à Chrifto in Petro accepta, & per Succeſſores ejus manifeſtata. Quo principio fidei incontrovertibili ſtante circa Sedis Apofolice infallibilitatem in rebus fidei; moribus, ac Sacramentis; reſpondetur.



Ad Primum, designatum esse quidem à Christo Domino Episcopum ministrum Ordinarium Sacramenti Ordinis; sed non esse ablatam ab eodem Christo Domino facultatem Petro, ac Pontificibus Romanis Vicariis suis delegandi cum commissione speciali etiam simpliciter Presbyteros in ministros ejusdem Sacramenti, prout etiam Sacramenti Confirmationis, imò iidem talem potestatem reliquisset. Ita Diana, & DD. quos allegat d. tom. 3. trañ. 1. resol. 68. & Salmanticenses dñi. trañ. 8. cap. 3. n. 18.

Ad secundum respondetur: concedendo collationes Ordinum pendere à caractere Episcopali; & quod nihil facit, & invalidè agit, qui non habens dictum characterem Episcopalem præsumit alios ordinare: sed hoc procedit, ubi deficit etiam Commissio, seu Delegatio Summi Pontificis; ea autem interveniente, ob potestatem, quam habet à Christo, valida est collatio Ordinum, ut testatur praxis Ecclesie, quæ in hoc puncto est irrefragabilis, ut ajunt Salmanticenses dñi. num. 18. & Diana Coordinatus d. resol. 68.

Ad Tertium respondetur, in primis præstari non posse indubiam fidem omnibus, & singulis contentis in istidem Constitutionibus, & Canonibus Apostolicis per ea, quæ latè ducunt Cabalutius in d. Notitia Eccles. Hist. & Concilior. pag. 7. & 8. de eorumdem præsentia Diatriba; sed esse fuerint ab Apostolis, deducitur, eo tempore delegatam non fuisse Presbyteris collationem Ordinum; at non consequitur ut futuris temporibus, iusta interveniente causa, & utilitate Ecclesie iugente, non possit delegari.

Ad Quartum respondetur, hoc idem scilicet tunc talem fuisse usum; sed non impedire, quin mutari non possit; imò ex istidem verbis lib. 8. cap. ultim. colligit, alia esse prohibita impossibilia, nempe Diaconos Sacrificare; alia, quia tunc non erant expedientia, ut Diaconos prædictos Baptizare, ac benedicere; quæ quidem functiones non multo post fuerunt Diaconis permixtæ ab Ecclesia, ut de potestate solemniter Baptizandi habetur in cap. Periculis. dist. 25. & in cap. Diaconos, dist. 93. ac apud Tertullian. lib. de Baptism. cap. 17. & de facultate benedicendi populum, testatur Nissenus in vita S. Gregorii Taumaturgi, in qua refertur exemplum de quodam Diacono, qui sui benedictione publica repressit sceleratas hominum fraudes, quod etiam notat Emin. Card. Brancatius in d. Opusculo de Benedic. Diaconali pag. 256. & pag. 261. ubi summa cum eruditione demonstrat, S. Benedictum Patriarcham, sanctosque ejus spirituales filios Maurum, & Placidum alium Ordinem supra Diaconatum non fuisse; nihilominus solitos fuisse benedicere tum in Choro, tum extra, quia erant Abbates; & nunc Cardinalibus Diaconis jus solemne benedictionem impertiendi competere, & olim etiam competisse affirmat S. Antoninus in Summa part. 3. tit. 14. cap. 16. §. 9. Quapropter si hæc concessa sunt Diaconis post illas Constitutiones, quæ appellantur Apostolorum, etsi in eis essent prohibita; ita concedi potest Presbyteris Ordinatio Clericorum quæ tunc in istidem Constitutionibus interdicebatur; etsi enim Episcopi sint à Christo Domino designati ordinarii Ordinum collatores, non fuit denegata potestas Summo Pontifici ejus Vicario delegandi in ministris eorumdem Ordinum aliquos Presbyteros non Episcopos. Et hæc de prima parte Quæsti.

Alteræ Quæsti propositi pars requirit, à quo fieri possit hæc delegatio Presbyteri Ordinandi Clericos? videlicet an à solo Papa? vel etiam ab Episcopis? Et communis est responsio, quòd à solo Papa fieri potest, non etiam ab Episcopis. Fagnanus in cap. Aqua num. 5. de Consecr. Eccl. vel Altar. Ciarlinus lib. 2. cap. 220. mfm. 53. ubi DD. & hoc patet manifestè, quia à principio Ecclesie usque adhuc solus Papa delegavit Presbyteris Ordinum collationem; Episcopi autem nunquam tales delegationes fecerunt; quod est argumentum, eos minime posse illas facere; siquidem,

si hanc facultatem habuissent, non fuissent otiosi in illa exercenda; prout delegant, & delegare consequerentur alias suæ jurisdictionis Episcopalis partes, nempe judicare causas, beneficia conferre, censuras fulminare, & ab illis absolvere, Confessariorum approbare, & similia; prout scribit Fagnanus in cap. Aqua n. 2. de Consecr. Eccl. vel Altar. & prout considerat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 8. de Sacram. Ord. num. 20. & 21. & Reginaldus tom. 2. lib. 30. trañ. 1. cap. 5. n. 25. Diana Coordinatus d. tom. 3. trañ. 1. resol. 68. §. 5. & Salmanticenses d. trañ. 8. de Sacram. Ord. cap. 3. num. 21.

Verùm prædictæ responsioni obstat videtur, quòd in diversis Conciliis antiquis reperitur statutum circa Chorepiscopos, videlicet quòd jure proprio possent minores Ordines conferre, & delegationem autem Episcopi etiam Ordines Sacros; & tamen ipsi Chorepiscopi erant simplices Sacerdotes, carentes Episcopali caractere, ut fuscè probat Morinus, d. part. 3. Exercit. 4. cap. 2. Exempla Conciliorum, ut supra statuentium, habentur in Concilio Ancyranum can. 13. sic loquente: *Chorepiscopus absque permissu Episcopi Presbyterum, vel Diaconum non ordinato. Leitores autem, Subdiaconos, & Exorcistas, hoc est Catechetas ordinato. Qui aliter fecerit, gradu excidat.* Sic Canonem hunc ex Græco in Latinum effert Harmenopolus in Epitome Canonum scilicet. 1. tit. 9. Item in Concilio Antiocheno can. 10. sic mandante: *Chorepiscopi constituant Leitores, Hypodiaconos, & Exorcistas, & eorum promotionem suscipere existant. Nec Presbyterum, nec Diaconum Ordinare audeant absque Urbis Episcopo, cui subijcti ipsi, & rego. Idem etiam in Concilio Aquiligranense sub Carolo Magno Anno 789. cap. 2. in 2. tomo Conciliorum Gallie pariter hoc idem præcipiente his verbis: *Constituere autem his (Chorepiscopis) permittitur Leitores, & Subdiaconos, & Exorcistas; quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse; non autem Presbyterum, non Diaconum audeant ordinare præter conscientiam Episcopi Civitatis, vel Ecclesie, cui adiacent invenitur, seu ipse, seu regio, in qua præesse disposuit. Igitur cum conscientia, idest cum consensu, delegatione, & permissione Episcopi Diocesani, solebant Chorepiscopi simplices Presbyteri conferre Ordines minores.**

Accedit testimonium Sancti Isidori Hispanensis Episcopi, qui Episcopalem illam sedem possedit ab Anno 596. usque ad Annum 636. ipse enim in lib. 2. de Offic. Ecclesiast. cap. 6. agens de gradu Chorepiscoporum, inquit: *Hi in vicis, & villis instituti gubernant sibi commissas Ecclesias, habentes licentiam, constituere Leitores, Subdiaconos, Exorcistas; Presbyteros autem, & Diaconos Ordinare non audeant præter conscientiam Episcopi, in cuius regione præesse noscuntur.* Consimiles aliorum Conciliorum Canones allegat Morinus d. p. 3. Exercit. 4. cap. 4. ubi num. 5. in fine concludit: *Est igitur evidentissimum, & antiquorum auctorum suffragio testatissimum, Chorepiscopis omnium Ordinationum infra Episcopatum, & Chorepiscopatum, factam esse potestatem; eo tamen discrimine, ut minores Ordines possent pro prudentia conferre; majores verò cum Episcopi sui scientia, & consensu.*

Pro hujus difficultatis resolutione prænotatur oportet, in Oriente, ac in Occidente antiquitus invaluisse quemdam Dignitatis gradum, medium inter Presbyteros, ac Episcopos, qui vocabatur *Chorepiscopus*. Ad hanc dignitatem promoti residebant vel in Villis, vel in Oppidis, & dicebantur *Chorepiscopi*, à Choro verbo Græco, quod significat Latine *Oppidum vel Villam*, undè etiam prædicti appellabantur Episcopi Villani. Barbofa de Jure Eccl. Univ. lib. 1. cap. 16. n. 2. & ibi DD. novissimè Morinus de Sacris Ordinari. d. part. 3. Exercit. 4. cap. 1. num. 1. & seqq. ubi num. 3. demonstrat, incæpisse Chorepiscopos in Oriente.

Oriente circa finem tertii sæculi; in Occidente autem multò ferius, nempe circa medietatem sæculi quarti, & erant verè, & propriè Ministri Episcoporum atque eorum Vicarii superintendentes Ecclesiasticæ disciplinæ, tum circa mores Clericorum, & eorum officia, tum circa nitorem Ecclesiarum, & animarum gubernium intra certos terminos villarum, seu oppidorum sibi assignatos; prout nunc fit à Vicariis Foraneis Episcoporum, habentibus hanc superintendentiam, in octo, novem, aut decem Parochiis sibi assignatis, cum facultate eas visitandi, quæ recta non sunt corrigendi, retribuentes Episcopo Superiori suo, quæ fecerint; & ab ejus auctoritate dependentes. Quatuor circiter sæculis gradus iste *Chorepiscopatus* perduravit; sed quia in eo constituti, ex nomine ad inanem gloriam aspirabant, & quasi jure proprio Clericis, ac populis dominantes, Episcoposque spernentes odiosi evaserant, & contra eos multis delatis querelis ad Apostolicam Sedem super usurpationem Jurium Episcopatum, præcipue in concernentibus Ordinationes Clericorum, Consecrationes Virginiùm, Ecclesiarum, Altarium, ac Oleorum; decreta sunt eorum abolitio, ut constat ex Can. 12. Concilii Romani, aliàs Ravennatis Anno 904. sub Joanne IX. Papa; quæ refert Morinus, cæteris penitentiis agens de origine, progressu, & exterminio eorumdem Chorepiscoporum d. part. 3. Exercit. 4. per totam.

Porrò non una tantùm, sed duæ erant eorumdem species, videlicet alii Chorepiscopi erant simplices Presbyteri, alii verò Episcopali caractere insigniti reperiebantur, qui vel lapsi in hæresim, & deinde ea abjurata ad fidem reversi, vel ob aliquod crimen à Sede Episcopali depositi, penitentia peracta, ex misericordie motivo in pagis, aut villis permittentibus aliquam portionem itæ, vel alterius Diocesis, vel quod credibilis est, erant hi Episcopi Titulares Ordinati ad titulum Cathedralium in partibus infidelium existentium, præcipue sub Tyrannide Samaritanorum, qui sæculo quinto reducterant tributum Imperatoribus Orientales, sexto autem sæculo devastarunt totam Arabiam, Ægyptum, Syriam, totam Africanam, Cyprum, Persiam, Armeniam, mox etiam Hispaniam, & idcirco Prælati Ecclesiarum illarum regionum, mercenariorum more, veri Pastoris officium oblitii, potius aliis Episcopis ob parvum salarium inservire, quam pro salute starum ovium sanguinem fundere, eligebant; & de his duabus Chorepiscoporum speciebus testimonia plurima ex Conciliis collecta allegat Emanuel Gonzalez in Comment. ad cap. 1. de Prælat. num. 7. & 8. tom. 5. & cum ipso concordant Frances de Eccles. Cathed. cap. 1. num. 128. Riccius Eccles. Lucubr. lib. 2. cap. 1. Barbofa de Jure Eccl. Univ. d. lib. 1. cap. 16. n. 4. Magrius in Hierol. Verb. Chorepiscopus col. 3. & fateur ipsemet Morinus d. part. 3. Exercit. 4. cap. 2. n. 12.

His ita prænotatis ad difficultatem supra propositam duæ responsiones dantur: Una quòd Chorepiscopi, qui Ordines minores conferrebat ex proprio arbitrio, ac etiam majores de mandato Episcoporum Diocesano, erant & ipsi consecrati, & Episcopali caractere insigniti, ideoque valide ordinabant, prout etiam faciunt temporibus nostris Episcopi Suffraganei, qui à Principibus Cathedrales Ecclesias possidentibus, conducuntur, ut onus Episcopale sive bene, five male totum portent, ipsi Endymionis fabulosi quondam Patris somnum dormientibus, ut loquitur idem Morinus d. Exercit. 4. c. 5. n. 4. In hoc autem peccabant hi Chorepiscopi, quòd absque licentia sui superioris Episcopi etiam Sacros Ordines dabant, & alia munia Episcopalis dignitatis sibi usurpabant, Consecrando Virgines, Altaria, & Basilicas, & Confirmationis Sacramentum administrantes; &

De Sacramento Ordinis.

hac de causa emanarunt in diversis Conciliis Canones, has functiones istidem Chorepiscopis interdicentes, Præsulibus reclamantibus; sed non erant irritæ, etsi illicitæ, ut respondit Nicolaus I. Pontifex in Epistola ad Rodolphum Archiepiscopum Bituricensem, quæ habetur tom. 3. Concilior. Gallie Anno Christi 864. & quam refert ipsemet Morinus cod. Exercit. 4. cap. 5. n. 2. Hæc responsio, & difficultatis resolutio datur à doctis Salmanticensibus d. tom. 12. trañ. 3. de Sacram. Ordinis cap. 4. n. 24. à Cabalutius in Notitia Concil. Sæculo IV. ad Concil. Ancyranum, pag. 95. & à doctissimo, ac Emin. Dom. Cardinali de Lauræa cod. trañ. disp. 8. num. 33. Altera responsio est, quòd etiam Chorepiscopi conferentes Ordines minores (inter quos olim reputabatur etiam Subdiaconatus) simplices Presbyteri fuissent, non proveniebant illis facultas ipsa ordinandi Clericos à speciali delegatione unius Episcopi, sed à tota Ecclesia, & sic à capite ipsius Ecclesie, qui est Pontifex Romanus; siquidem talis potestas data erat Chorepiscopis per minoribus Ordinibus conferendis per Concilia, vel generalia, vel Provincialia à Papa confirmata; quapropter proveniebant ab Apostolica Sede; ea ratione, quia Conciliorum definitiones post impartitam illis auctoritatem à Papa sententur Papales, ut bene probat Fagnanus in cap. Majores. n. 36. de Baptismo, tom. 5. ac ulterius, quia quotiescumque legitur in Conciliis, vel in Sanctis Patribus aliquid concessum esse ab Ecclesia, intelligitur à capite ipsius Ecclesie, ut in puncto hujus difficultatis dicit prælaudatus Eminent. Card. de Lauræa in eadem disp. 8. num. 22.

Quòd si quis petat, An simplicibus Presbyteris, & non Episcopis possit à Papa committi collatio Ordinum Sacrorum? de hoc agemus in Decisione XVI.

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Agitur de potestate Abbatum circa collationem Tonfuræ, & minorum Ordinum. Præmissis variis eruditionibus ad intelligentiam materiæ, ostenditur Quinam Abbates conferant Ordines, & Quibus? An etiam Novitius? An extraneis venientibus cum dimissoria suorum Episcoporum? Referuntur varæ Declarationes Sacræ Congregationis, & opiniones Doctorum. Utrum exteri ordinentur ab Abbatis non solum illicitè, sed etiam invalidè? Abbates habentes Territorium separatum cum omnimoda Jurisdictione, Episcopali an possint dare dimissorias ad Ordines etiam suis subditis secularibus? Privilegium Præmicerii Sancti Marci Venetiarum pro conferenda prima Tonfura, & quatuor minoribus Ordinibus.

SUMMARIUM.

- 1 Abbatis nomen quid significet? & quid Abba?
- 2 Abbatis titulus convenit omni Superiori Collegiorum.
- 3 Abbates alii Seculares, alii Regulares.
- 4 Patavina Diocesis quot beneficios habeat?
- 5 Commendæ Abbatiarum quando ceperint?
- 6 Abbates Regulares in duplici sunt differentia.
- 7 Abbates, ut Ordines conferant, tria debent habere requisita. Et quæ?
- 8 Differentia inter potestatem Episcoporum, & Abbatum quo ad Ordines.
- 9 Abbates Monasteriorum quare non benedicantur?
- 10 Cardinales Presbyteri Ordinant in minoribus ex privilegio Papæ.
- 11 Abbatibus tria sunt jura, quæ dant facultatem Ordinandi.